

Q.B.155.
7

Ve
3007

1401

Q. D. B. V.

OBSERVATIONES JVRIS PVBLICI
DE
**SIGILLO
MAJESTATIS
SAXONICO,**

PRAESENTE

MICH. HENR. GRIBNERO,

D. ET PROF. PVBL.

AD D. V. MART. MDCCXII.

PVBLICO EXAMINI
SUBJICET

JO. CHRISTIAN. SALLSTROEM,
VITEMBERGENSIS.

VITEMBERGÆ,
LITTERIS CHRISTIANI GERDESIL.





DE
SIGILLO MAJESTATIS
SAXONICO.

§. I.



Vi literas ac diplomata Imperatorum evoluunt & perscrutantur, eis ignotum esse nequit, majoris momenti chartas *sigillo* illos Majestatis munivisse, eoque privilegiorum in primis tabulas ac instrumenta, quibus Legatis ad alios Principes missis fidem & auctoritatem conciliavunt, saepius corroborasse. Ita mentio hujus *sigilli* fit in tabulis Ottonis IV. quibus Archi-Episcopi Magdeburgensis privilegia anno 1209. auxit atque confirmavit; & in literis de anno 1242. quibus Fridericus Marchionibus Misnia Landgraviatum Thuringie in feudum se contulisse profitetur. Eodem Majestatis sigillo & Rudolphus anno 1278. usus est, & Adolphus Imperator

A 2.

perator privilegium, quod civitati Spirensi anno 1297. dedit & LEHMANNUS *Chron. lib. V. Cap. 124.* exhibit, consignavit. (a) Idemque in utriusque privilegii, quod eidem civitati Albertus. II. Non. Mij. & X. Kal. Jun. anno 1300, concescit, tabulis occurrit. Vid. LEHMANN. *Lib. VII. c. III. p. m. 630.* Sed & procuratorio, quod nunciis ad Pontificem *Clement. V.* anno 1309. Henricus VII. dedit, hæc clausula adjecta legitur: *In cujus rei testimonium praesentes literas scribi & Majestatis nostræ sigillo jussimus communiri.* Atque, ut alia omittam, eadem ratione Ludovicus IV. subsignavit, quum anno 1337. Guilielmo Marchioni Juliacensi cum Philippo Galliarum Rege contrahendi faceret potestatem. Add. Bulla *Sigismundi de Success. Com. Palat. Rhen.* & ad eandem FREHER. verb. *Typario nostræ Majestatis.* ubi monet, literas hujusmodi Bulla exornatas *Majestaticas, Majestatis-Brieffe/ appellari..*

§. II.

*Sed usi et.
iam sunt
Principes
Imperi.*

Sed hujusmodi exempla, quæ passim obvia sunt, cumulare nolo. (b) Id singulare est & observatione dignum, *Principes etiam Germania sigillo Majestatis esse usos,* eodemque conventionum aut privilegiorum tabulas ac alias etiam literas corroborasse.

§. III.

*Reges Bo-
hemia.*

(a) In exemplo Teutonicæ tamen ibidem perinde ac in tabulis *Alberti* de anno 1300, tantum mentio fit des *Kuniglichen Ingesiegels.*

(b) Quare nec mentionem feci Wenceslai Reg. Boh. quem IV. dicunt. Qui anno 1300. literis, quibus *feuda* quedam ab Episcopo Misnensi se recognovisse fatetur, *sigillum Majestatis* subjecit.

§. III.

Electoribus Brandenburgicis olim hujusmodi sigilum usurpatum fuisse, tradit Autor descriptionis Germ. Electores Brandenburgici.
Imp. p. 4. c. 1. quem Virum magnum & publici juris peritissimum BECHMANNUS (c), Hojerum GASTELIUS (d), Georgium Achatium Heherum THULEMARIUS (e) vocat. Verba ex opere MSto præter hos, quos dixi, FRANCISCUS IRENICUS etiam exhibet Collegio ad Burgoldens. p. 132. ex quibus, quæ ad institutum nostrum pertinent, adscribam. Ita igitur Autor ille: Ich mag hiebei nicht übergehen/ daß ich von einem vornehmen Churf. Brandenburgischen Ministro verstanden/ es habe Chur-Brandenburg erst vor wenig Jahren in einem Contract diese Worte gebraucht: Dessen zu Uhrkund haben wir diesen Brief mit unserm (f) Majestät-Insiegel bekräftiget. Neque olim tantum hoc Majestatis sigillo eos signasse, sed constanti adhuc usu idem retinuisse inde constat, quod anno proximi seculi 88. Legatus Brandenburgicus in Comitiis Ratisbonensis literas hoc sigillo munitas exhibuerit, adjecta formula: Mit unserm Churfürstlichen Majestät-Insiegel; ac quum ea de re Moguntinus illi litem moveret, ad antiquam observantiam provocare non du-

A 3

bita-

(c) *Exerc. Exot. XII. §. 10. n. 10.*(d) *GASTEL. Cap. VII. n. 44.*(e) *THULEMAR. Cap. XXII. §. 32. ubi MStam eam neque editam esse indicat.*(f) *BECHMANNUS habet mit Unser / THULEMARIUS mit Unserer Majestät Insiegel.*

bitaverit; (g) idemque decreto Electionis Divi Josephi anno 1690. adpositum fuisse legatur. (h) Cujus quidem rei miror Autorem Germania Principis in Operre, quo singulari industria, quæ ad eminentiam & præ-

(g) Ex protocollo hoc PFEFFINGERUS tradit ad Virarium L. i. t. 4. §. 9. lit. a. p. 65. Merentur adjici, quæ eam in rem ille affert: Cum anno 1688. Idem Elector Legatiopem suam ad Comitia Ratisbonensia alegaret, cum plenipotentia, bullæ majori roborata, adjecta formula: Mit Unserm Thur-Fürstlichen Majestät-Insiegel; Elector Moguntinus noluit plenipotentiam admittere, Wie aber Brandenburgenses dem Thur-Mainzischen Directorio repräsentirt haben, daß dieses Formular zuschreiben, bey so- thanen grossen Insiegen, in der Thur-Brandenburgischen Canzley zu gebrauchen, jedesmal wäre üblich gewesen, hatte es Moguntinus dabey bewenden lassen. Hactenus ille.

(h) PFEFFINGERUS l. c.: Anno 1690. 10. Mart. similis locus occurrit in Protocollo, ibi: Bevor Wir aber auseinander gießgen, führte mich der Thur-Sächsische in die Thur-Fürstliche Stube, und zeigte mir allda das Decretum Electionis Regis Romanorum, so auf Pergamen, in groß Folio geschrieben, mit einer dicken goldenen Schnur durchzogen, und an derselben die sämtliche Insiegel der Herren Thur-Fürsten, ein unter den andern hiengen, in silbern verguldeten Capsuli, außer daß das Königliche Böhmishe Insiegel nur eine schlechte hölzerne Capsul hatte. Von wegen Thur-Brandenburg hieng das grosse so genannte Majestäts-Insiegel daran, mit welchem auch des Gesandten Danelmanns, und vorhin des von Schmettau, Vollmacht soll betrückt seyn, &c.

prærogativas Gentis Brandenburgicæ pertinent, collegit ac cumulavit, nullam fecisse mentionem. (i)

§. IV.

Sed & Brunsvicenses Duces ante duo secula & Duces quod excurrit, Majestatis sigillum literis solennioribus Brunsvicenses subjecerunt. Docent hoc me tabulae Henrici Senioris, quas LUNIGIUS exhibet in Reichs-Archiv P. Sp. Sect. IV. post n. 68. p. 177. Scriptæ sunt anno 1501. & confessionem mutui ab Abbatore Priore & reliquis Monasterii Riddagsbusen accepti continent. Ad institutum nostrum ultima eorum verba pertinent: Und heben des tho Urkunde Unse Fürstliche Majesteten-
gesegnūl an dūsen Brev wittlichen doien hengen. x.

§. V.

In primis autem Electores atque Dukes Saxoniae In primis signum hoc Majestatis frequentissime adhibuerunt, eo-
derumque in legibus condendis, in privilegiis conce-
dendis, foederibusque pangendis saepius fuerunt usi.
Vel solæ Friderici II. & Ernesti Electorum atque Guilelmi & Alberti Ducum Saxoniae literæ nos ea de re du-
bitare

(i) In primis cum eo capite, quo Principum Electorum Saxonie jura recenseret, sigilli huius meminerit (Lib. V. c. 4. n. 15. Edit. nov. L. 3. c. 4. n. 23.) & ex BECHMANNO, quem ibi & alibi fecutus est, de sigillo Majestatis Brändenburgico non potuerit non ipse constare. Nisi forte cum constitutum ei esset contra BECHMANNUM aliosque contendere, parum dignitatis huic appellationi ineffe, eamque ad designanda Majestatis jura plane non pertinere, inter Domini sui prærogativas referre noluit, de quo ipse non adeo magnifice sentiret.

bitare non patiuntur, quibus solemne fuit Diplomaticis subjicere *Sigillum Majestatis*. Ut nesciam, an quisquam ex Germaniae Principibus liberius id usurpaverit, quam Saxoniae Principes, neque adeo causa defuisse videatur *Autori Germaniae Principis*, cur inter Saxonicae potissimum Gentis decora usum Majestati- ci sigilli referret.

S. VI.

Exempla eam in rem plura collegit *Præses in Programm. anno 1708.* disputationibus publicis ad π. præmisso, quæ hic pace ejus repetam, &, quod strictim ibi ille persecutus fuit, argumentum, plenius exponam. Antiquissimum, quod nobis quidem observare licuit, diploma *Friderici II.* est; In tabulis enim investituræ, quibus ille una cum fratre *Guilemo Senatum & civitatem Freybergensem anno 1444.* mit den Zoll inn- und auswendig der Stadt Freyberg / und zu Neukirchen mit dem Vieh-Zoll daselbst / & de quibusdam pagis investivit, notabilis hæc clausula occurrit: Des zu ewiger Bekämpft haben wir / Herzog Friedrich / unser Majestät / und wir Herzog Willhelm / unser ei- gen Insiegel an diesen Brief lassen hängen / der gegeben in unserm Schloß zu Grimma/ des Donnerstages am St. Elisabeth Tage nach Christi unsers Herrn Geburth vier- zehn hundert darnach in den vier und vierzigsten Jahr. (k) Eundemque Electorem privilegiis solemnem hancce clausulam: Dessen zu Orfunde haben wir Unser Groß- Fürstliches Majestät-Insiegel an diesen Brief wissentlich thun

(k) Vid. D. HORN. *Jus Feudal.* Cap. XXII. §. 6. p. 520.

Fridericus
II.

thun hangen. xc. adjicere fuisse solitum monet *Autor Per-
Illustr. des Europ. Her. P. I. c. III. S. I. p. u7.*

§. VII.

Porro *Guilelmum Saxoniæ Ducem anno 1456. eo-* *Guilelmus.*
dem sigillo esse usum Autor Descriptionis Imp. Germ. eo,
*quem supra allegavi, loco (l) tradit. Ex hoc BECH-
 MANNUS, GASTELIUS, OLDENBURGERUS &*
THULEMARUS repetunt & GIOVANNI in Saxon.
*c. IV. n. 23. nisi quod hic *Heheri* sive *Hieri* aut quod-
 cunque autori nomen est, verba ministro Saxonico
 attribuat. Alias ejusdem Ducis literas hoc *Majestatis*
*sigillo exornatas, eodemque anno scriptas esse MÜL-
 LERUS in Annal. commemorat, (m) qui etiam p. 37.
 ad ann. 45. refert, idem, quod dixi, *Majestatis* sigillum
 tabulis *Guilelmi*, quibus die XXI. April. Henrico Branden-
 steinio (n) castrum & urbem *Ranis* tradidit, appositorum
 fuisse.**

B.

§. II X.

(l) §. 3. Verba ejus hæc sunt: So finde ich auch eine alte
 Urkund / daß Herzog Wilhelm von Sachsen in einem
 Entscheidniß-Brief / zwischen dem Rath und etlichen der
 Bürgerschaft Königsberg in Franken sub dato Donner-
 stag divisionis Apostolorum anno 1456. eben dergleichen
 Worte gebrauchet.

(m) Ita enim ille: Den 25. Januar. Mittwochs Conversionis
 Pauli, hat Herzog Wilhelm III. zu Sachsen / den vorhin
 uffgesetzten Waldzoll / als von jedem Wagen / so aus dem
 Fürstenthum Thüringen geführet wird / einen Gilden
 Rheinisch/ aus gewissen erheblichen Ursachen/ gänzlich wie-
 derum abgeschafft. Sub dato Weimar mit dem Fürst-
 lichen Majestät-Insiegel bedruckt.

(n) Conjugis sua Catharinæ fratri. MÜLLER. l. c.

§. IX.

Ernestus

et
Albertus.

Eandem signandi rationem secutus est Ernestus in privilegio, quod Civitati Bornensi anno 1470. concessit. (o) Cumque Idem una cum fratre Alberto Ordinationem Politicam, quæ in collectione legum, quam Corpus Saxonum appellamus, primo loco occurrit, anno 1482. publicaret, eandem Majestatis bullam ei appendendam curauit, quod ex ultimis eius verbis, quæ Corp. Sax. p. n. habentur, apparet: Und zu Gedächtniß dieser Unsere Ordnung und Satzung auf Pergamen schreiben/ und Unser Majestät-Siegel daran hängen lassen/ und der jezlichen Unserm Lande eine geben/ zudem/ daß Wirs allen Prälaten/ Grafen/ Herren/ der Ritterschaft/ den Städten/ und Unsern Ambt- Leutent als des Herkommen/ und den Wir in andern Sachen zu schreiben pflegen/ unter Unserm Herzogen Ernst Pitschir/ des Wir Herzog Albrecht hierzu mit gebrauchen/ zugeschickt haben.

§. IX.

in privileg.
Vitemberg.
concessio.

Iudem Divi Fratres Ernestus atque Albertus magno Majestatis sigillo (mit dem Grossen Magestadt Ingessel) exornarunt tabulas, quibus Civitati huic Vitembergensi jus nundinarum aliaque privilegia anno 1468. clementissime dederunt. Integrum inseri meretur hoc diploma, quod luculentum continet gratiæ Serenissimorum Principum erga patriam meam documentum: Wir von Gotts Gnaden/ Ernst/ des Heiligen Romischen Reichs Erzmarischalgk/ Kurfürste/ und Albrecht/ Gebrüder/ Herzogen zu Sachsen/ Landgraffen

in

(o) Presid. Diff. de Jur. legitimandi Princip. Imper. Proem.
lit. c.

in Doringen unde Marcgrafen zu Meissen / bekennen fur
 Uns / Unser Erben / unde Nachkommen / unde thun kunt of-
 fentlich mit dissem Briffe allen die yn sehen oder horen le-
 semi / Nachdem Wir von angeborner Gute unde Mildig-
 keit schuldig sitt Unser Stete unde ander die Unsern durch
 Unser Begnadunge / Hulfe unde Beystandt in guten We-
 sen unde Gedeyen zu enthaldeyn / Das Wir dorumb mit
 wolbedachtem Mute und gutem Vorrate Unser Rete /
 Manne und liebem Getruwen / auch von besundern Un-
 seren Gnaden den Erzamen Unsern libem Getruwen /
 Burgermeister / Rat / Gemeyne unde allen ynwonen Un-
 ser Stad zu Wittemberg umb heer Beserunge auch olisigen
 Bete unde manchfeldiger annehmen Dienste willn / die sie
 Unserem liben Herrn und Vater Gotseligen / unde Uns
 yn Herzogen unde ander Beyz mer zu vilmahl schreibar-
 lich getan habem / tegelichen thut / sie auch unde ire Nach-
 kommen Uns Unsern Erben unde Nachkommen hinsur ge-
 treuelich tun sullen unde mogen / eynen freyen Jarmargkt
 in derselben Unser Stad zu Wittemberg jerlich uss Son-
 tag noch Unser lieben Frauwen tag Concepcois gnant
 anzuhebin / unde acht Tage nebst dormach volgunde ganz
 uss zuwehren / dorzen auch den Salzmargkt gegeben / vor-
 schreiben unde bestetigt habem / Gebenn verschreiben unde
 bestetigen yn die von Unser Furstlichen Macht unde Mil-
 digkeit gnediglich mit unde in Crafft dihs Briffs / Also das
 die gnanten Burgermeister / Rat / Gemeyne unde Inwoner
 zu Wittemberg hinsur alle Jar jerlichen zu ewigen Geheyten
 denselben Jarmargkt bey yn in der Stad uss die obgemel-
 ten Tag unde Zeit / auch ytt ydermian yulendisch aber uss-
 lendisch was Wesens unde Stats der oder die sint / iwen
 freyen

freyen zu unde Abzogk mit iwen Gute und Habe / Kauff-
manschaze / unde aller der Stucke / die dohnt bracht werden /
in kewffen / vorkewffen / Krouffslagen unde Hantierunge ha-
ben / halden unde gebrechn fullen / unde sunderlich / das der
Rat zu Wittemberg unde ihre Nochkommen den Salzmargkt
in der Stad bey yn hinfur noch yrer unde der Stad Not-
turfft bestellen mogen / unde zu ewigen Zeiten von keyner
Dorfsschafft unde in keynem Dorffe ynwendig eyner
Menle weges zu ringe umb die Stad Wittemberg mit
keynem Salzmargkte / auch nicht mit Salzkouffe oder
Dorkouffe bewert / vorhindert / noch bedrangen werden /
Sundern dersen Tarmargkts unde Salzmargkts sie mit
allen unde iglichen Rechten / Freyheiten / unde Gewonheyten /
Nemlich des Tormargkts als eyns Tormargkts / unde des
Salzmargkts als eins Salz-Margkts von Uns Unsern
Erben / Nochkommen / unde sunt vor allermeniglich doran un-
vorhindert gebreuchen unde gnissen / vnde alle Jar jericlich Unse-
rem Amtmann bey yn von Unser wegen zwelff Scheffel
Salzs davon reichen unde antworten fullen / summassen Un-
sers Herrn vnde Vaters Got seligen Briff yn furmals
doruber gegeben / eygentlich uswiesst / doch Uns Unsern
Erben vnde Nochkommen alles Dinges unschedelich an Un-
sern Rechten unde Gnissen in derselben Unser Stad bisher
gehabt / ane Geverte / Unde gebieten hinuff allen unde igli-
chen Unsern Prelaten / Graffen / Herrn / Rittern / Knech-
ten / Amplienten / Richtern / Gefwornnen Reten / Bur-
germeistern / Gemeyhten / unde Inwonen Unser Stete /
Mergkte unde Dorffer / unde sunt allermeniglich / das ic
die Burger unde Inwoner der Stad Wittemberg
noch alle ander Krouff lewte unde igliche Personen die den
gnanten

gnanten Tarmargkt als obin berurt ist besuchen allda bez
harren unde dovon wandern werden / an ihren Personen
Kouffmanschaze gute unde Ware yn einichen Sachen wi-
der Recht nicht hindert / betribt nach beleydiget / Sundern
sie dohey von Unser wegin hanthabet / schuzet / unde ver-
theydiget / Alß lip eich sey Unser / Unser Erben unde Noch-
kommen swere Ugnade unde Straffunge zu vermeyden /
Hiebey sint gewest unde Getzugen Unser Nete und libem
Getruwen die Edel unde Gescrengten Graffe Urge von
Lipnigk / Herre zu Penigk / Hugoldt von Sliniz Unser
Obermarschalck / Er Caspar von Schonberg Ritter / Ni-
cke von Rockeriz / Lantvoit zu Meissenn / unde ander Un-
ser Manne unde Diner gnug Glaubwirdiger / Zu waren
unde Ewigen Orkunde haben Wir Herzog Ernsts Unser
Groß Magestadt Ingesiegel / desß Wir Herzog Al-
brecht hirzu mitte gebruchtn / wissentlich lassen hengen an
diesen Briff / der gegeben ist zu Meissenn am Mittwoch
noch sant Jacobus desß Heyligen Zwelf Boten Tage /
Nach Christi Unsers leben Herrn Geburt Vierzenhundert /
unde dornach ym Acht unde Sechzigsten Jarem.

§. X.

Ex his literis, quæ intra XXXVIII. annorum
spatium omnes conscriptæ sunt, luculenter patet,
quam frequens atque constans olim Electoribus at-
que Ducibus Saxoniz fuerit usus sigilli, quod modo
das Majestät-Siegel / modo das Fürstl. Majestadt-
Siegel / nunc das Groß-Fürstl. Majestadt-Sig-
iegel / nunc das Große Magestadt-Ingesiegel illi
appellarunt. Neque dubito, quin plura passim
documenta insigni hac clausula décorata quotidie oe-
currant

currant illis, quibus archiva rimari & perscrutari licet. Neque enim credibile est, eos, qui *Fridericum II.* præcesserunt aut *Ernestum & Albertum* secuti sunt Duces Saxoniae, usu hujus sigilli prorsus abstinuisse, cum apud Brandenburgicos Electores ille ad nostra usque tempora perduraverit.

XI.

MULZIUS
frustra du-
bitat de
S. M. S.

Frustra itaque est *MULZIUS*, dum scribit: *Ea, quæ de Sigillo Majestatis Saxonico traduntur, dubio non carere in facto nec solenni stilo fundari, Repref. Maj. Imp. P. l. c. XX. §. 10. n. 58. p. 225.* Nam de facto, ut cum *MULZIO* loquar, tot diplomata nos dubitare non patiuntur, quæ stylum hunc solennem olim fuisse atque usitatisimum abunde testantur.

§. XII.

GIOVAN-
NI conje-
ctura, Wil-
helnum vi
commisso-
nis Cæ-
sarea S. M.
usum esse,
eliditur.

Inanis etiam est *GIOVANNI* conjectura, qui *Wilhelnum* Duxem Saxoniæ cum transactioni *Kœnigsbergensi* *sigillum Majestatis* subjiceret auctoritate Imperatoris, cuius Commissarium eum egisse censet, nixum fuisse suspicatur. Siquidem nec satis constat, Imperatoris vices eo tempore *Guilielmum* sustinuisse, & ex iis, quæ *§. VII.* adduximus, instrumentis liquet, eundem *Guilielmum* saepius hoc sigillo fuisse usum, quo præter Duces *Saxoniæ & Brandenburgicos* etiam *Electores & Brunsvicenses Duces* jure proprio, non vi commisionis *Cæsareae* signasse ex antea dictis appetet.

§. XIII.

THULE-
MARIUS
usum hujus

Apparet & falli *THULEMARIUM*, dum ad prærogativas *Electorum* jus, sigillo Majestatis utendi refert,

fert, de Octo-Vir. Cap. XIX. §. 32. atque ad diploma illud, *sigilli minus recte ad prærogati-
vas Electo-
rum refert.*
cujus Autor Descript. Germ. Imp. meminit, Guilelmi pro-
vocat, dum in Electores Majestatis laesæ crimen com-
mitti probare conatur. Quamvis enim ei lubenter
dederim, *circa crimen lesæ Majestatis Electorum esse singu-
larem præ reliquis Imperii Principibus prærogativam*, quam
A. B. c. XXIV. confirmat; sigillo tamen Majestatis nec
omnes Electores, nec solos eos, sed Duces etiam Sa-
xoniæ Guilielmum & Albertum, atque Brunsuicenses
etiam Principes usos esse supra observavi.

§. XIV.

Videtur autem THULEMARIUS auctorem De- *Qui sequi-
scriptionis Germaniæ esse secutus; Is enim in eadem tur Auto-
fuit sententia, sed ita, ut dubiam hanc incertamque rem De-
conjecturam esse ipse agnosceret. Hoc verba ejus script.
ostendunt, quæ subjiciam: Welches ist mir die Gedan-
cken erwecket / ob etwa vor diesen / weil die Chur-Fürsten
denen Königen und gekrönten Häuptern gleich geachtet wer-
den / und wider Sie das crimen laesæ Majestatis commit-
tiret wird / den Chur-Fürstl. Linien (p) dergleichen attri-
but angediehen / und zumal sich das Fürstliche Haus Sach-
sen gleichwie mit dem Privilegio de non appellando &
de non evocando geschehen / in dessen posses vor andern
erhalten.*

§. XV.

Ex BECHMANNO & IRENICO hoc GIOVANNI *Cujus sen-
tentiam minus recte ex prescrit*
etiam repetit, sed mentem eorum non satis aut affec-
tus est aut expressit. Namque ut taceam ministro *Saxo-
NL*

(p) BECHMANNUS habet: Ihnen und den Fürstlichen Chur-
Linien id est, Principibus ex Gente Electorum oriundis.

Saxonico tribui conjecturam Hojeri, qui a ministro Brandenburgico eam haufisse videtur, quis ex his, quæ modo adduximus, verbis colligat, *Autorem Description. Germ. Majestatem omnibus Statibus tribuere*, cum is E-lectorum tantum faciat mentionem (q)? **G A S T E L I I** sententia est, quam ministro Saxonio Vir Cl. adscribit. Is enim ex hoc loco Statibus quibuscumque Imperii jura Majestatis competere frustra quidem contendit. *Cap. VII. n. 43. p. 350.*

*GASTELII
sententia.*

*Sigillum
Majestatis
denotare si-
gillum Ma-
jus, non
nulli cen-
sent.*

Ceterum sunt, qui splendida hac Majestatis appellatione *sigillum Majus* tantum exprimi contendunt. Et sit sane fæpissime in diplomatis *Majoris & amplioris* sigilli mentio. Ac **F R E H E R U S** etiam ad *Andler. L. 2. c. 5. verb. Bull. p. 161. seq.* monet, bullas esse sigilla *Majora & Majestatis* etiam nomine appellari. add. **C A S A U B O N . & S A L M A S** ad *Trebell. Poll. Gallien. c. 14. verb. constat de genere. &c. p. 226. sq.* Sed uti id quidem in medio relinquo, ita inde tantum consequitur, *Majora* sigilla fuisse, quæ Majestatica dicta sunt (r); neutquam vero ex iis colligere fas est, quascunque ampliores bullas *Majestatis* sigilla dici posse, aut *Majestatis* sigilla Ducum nostrorum *amplioris tantum forme causa* ita dicta fuisse.

S. XVI.

(q) Verba **GIOVANNI** l. c. hæc sunt: *Inde ipse concludere vult, Majestatis quondam jura omnes Imperii Status habuisse; solos autem Electores atque inter hos potentiores Saxonem atque Brandenburgicum (hujus tamen non meminit eo loco Hoierus) constanti usu ea retinuisse.*

(r) Dicitur enim das Grosse Magestadt Insiegel/ das Grosse Fürstl. Siegel. Vid. *supr. th. V. seqq.*

§. XVII.

Alii vocem Majestatis in sensu vulgari pro potestate quacunque accipi putant ; quo **GIOVANNI** inclinare videtur. **Urgent**, varias vocabuli hujus esse acceptiones (f), **Prætori** etiam *Majestatem* tribui in L. f. ff. d. J. & J. ac Comitem denique *Campaniæ Hugonem*, teste **MABILLONIO**, Majestatis sigillo literas consignasse , ex quo pateat , eminentioris potestatis causa sigillum hoc a Germaniæ quibusdam Principibus neutquam esse usurpatum. Verum uti varias vocis illius significationes non ignoro , ita improprie in literis Majestaticis nostrorum Principum id accipi non equidem expeditum videtur. *Contenta Majestas Prætoris*, cuius in L. g. ff. d. Jurisd. mentio fit , huc non pertinet , nisi quis diplomata sec XV. ex legibus Romanis explicari aut illustrari posse credat. De sigillo Comitis Campaniæ Hugonis quod affertur , proplus huc spectat ; sed & quid in illo **MABILLONII** diplomate vox Majestatis designet , nondum satis expeditum est , nec in eodem sensu , quo ibi occurrit , Majestatis mentio , in literis *Saxonæ & Brunsuicen- sium* Ducum ac Marchionum Brandenburgicorum vocem illam accipi debere omnes concedent : neque ipsi illi , qui in hac sunt sententia , quid demum hac appellatione exprimatur , aut quam potestatem ea denotet , satis exponunt.

C

§. XIX.

(f) De quibus **FRESNEUS** , **HOFMANNUS** , **MABILLONIUS** videri possunt. Add. **PFEFFINGER**. ad Vitriar. c. p. 65. & **CASAUBON**. l. c.

§. XIX.

SCHILTERUS ad iuram Majestatica refert. *Jur. Obsid. c. 2. §. 6. n. 20.* Etsi, inquit, concedamus, legendum esse in Ord. Polit. Unser Majestät-Siegel (non Unser Majestät Siegel) hoc est, nostrum sigillum majus seu secretum Unser Größer Siegel / ut quidam anonymous ad istum locum monet (t); tamen diserte & sic diceretur sigillum Majestaticum ein Majestät Siegel. Igitur oportet ut eo utens Majestatem sibi vindicet. Res itaque eodem recedit & forte parum profuit hæc interpretatio, nisi scias, superioritatis jura sua natura esse Majestatica , abstineri tamen plerumque ab isto nomine, quod tamen & ipsum raro usitatum reperias. Hancenus ille.

§. XIX.

Cujus sententia contra nullam faciat mentionem, sententiam tamen ejus rejicit atque absurditatis etiam arguit. Veræ Politicæ, ait, historiae ac jurium publicorum rationes turbare omnes eos existimo, qui inde vel Saxoni, vel Electoribus, vel Ordinibus Imperii universim Majestatis jura adscribere volunt. Quod dogma-

(t) *Quis ille sit, equidem ignoro, nec SCHILTERUS locum indicavit, ubi hæc ille tradiderit.*

dogmate rerum gnaris vix aliquid videri potest absurdius. *i. e. pag. 180. seq.* Sed sicuti facile Viro Celeberr. largior, solam sigilli hujus appellationem ad asserenda Majestatis jura non sufficere; ita cur Principibus, imprimis Electoribus, Majestatis jura vindicare tantopere vereatur, non equidem video, cum superioritatem territorialem eis tantum non omnes tribuant, quam Majestatem saltem analogicam dudum etiam prisci juris publici scriptores appellare non dubitarunt. Itaque *Schilteri* equidem malim, quam reliquorum sententiam sequi, nisi quod, quam ille omnibus Statibus potestatem relinquere videtur, eam Principibus, imprimis Electoribus, facilius, quam cæteris vindicari posse credam, & sigillum etiam hoc Majestatis ut designandæ territorialis potestatis causa a Saxonis & Brandenburgicis Electoribus ac Brunsuicensibus quoque Ducibus usurpatum esse, licet certi quid definire non ausim, *Schiltero* ut credam, facile me patior adduci.

T A N T U M.

X3414866

BRD 1980

№ 3007. 64

...on 7. bis 10. Februar 1980
Schriftsteller und Schriftstellerinnen aus
Ost- und Westdeutschland sowie aus dem
Ausland besuchten die 10. Internationale
Literaturmesse Leipzig.
Die Messe wurde von der Deutschen
Bundespost als Sonderausgabe mit
Postwertzeichen von 64 Pfennig
ausgestellt. Die Briefmarken sind
auf den Rücken der Messekarte
abgestempelt.

BRD 1980

m.c.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Q. D. B. V.

ERVATIONES JVRIS PVBLICI
DE:

SIGILLO MAJESTATIS SAXONICO,

PRAESIDE
CH. HENR. GRIBNERO,

D. ET PROF. PVBL.

AD D. V. MART. MDCCXII.

PVBLICO EXAMINI
SVBJICIET

CHRISTIAN. SALLSTROEM,
VITEMBERGENSIS.

VITEMBERGÆ,

LITTERIS CHRISTIANI GERDESIL.

